

et aduene sup tē. Rogate ergo doi
nū ut sic nos a palisi supbie auaricie
luxurie gule et acridie curae digne
ut domū etne q̄etis ab oibz absoluti
pt̄is introire mereamur. Qd̄ no. *ac*

Dñica xx. Sermo. lxxiiij.

Simile ē regnū celoz hōi regi
qui fecit nuptias filio suo.
In p̄nti euangelio quinqz p̄cipalit̄
sūt notāda. Primū ē quid p hōiē
regē qui filio suo nuptias fecit intel
ligat. Secūdo quid p nuptias que
filio a p̄e facte sunt exprimat. Ter
ciū est quid p illos qui ad nuptias
inuitati non uenerunt. significetur.
Quartū est quid etiam p illos qui
uenerunt ad nuptias figuret. Quintū
est que mala qui ad nuptias
non uenerit patiet. *De primo* no
ta qz p hōiē regē deus pater intelli
git. Licet em̄ p̄sona p̄is huānitatē
nō assumpserit nec incarnata fūit
tamē deus pater homo dicit̄ p̄p̄ hu
manitatē idest pietatē qua filioz su
orū idest oīm eoz quos creauit in tē
pore grē uidelicet in hac uita iugit̄
miseret. Propriū em̄ dei ē misereri
semp et parcere. Rex em̄ dī deus pa
ter qz elcōs suos regit. Vñ dī in p̄g.
Dñs regit me et nichil michi deerit.
Qz aut̄ ip̄e sit rex testat̄ p semetip̄z
ita dicens malachi. v. Rex magnus
ego sum. Et uere ip̄e est rex magn⁹
quod etiā nabugodonosor testatur
ij. iij. et iij. capitulo daniel̄ ita dicēs
et scribens. Vere deus celi deus deo
rū ē et dñs regū. regnū eius regnū
sempiternū. et pt̄is eius pt̄is sem
piterna iuxta uoluntatē suā facit tū

in uirtutibus celi qm̄ in habitatoribz
terre et non est qui resistat ma
nui eius et dicat ei. Quare hoc feci.
Ite. *De secūdo* nota qz p nuptias
quas p̄dictus rex facit filio suo intel
ligit illud inenarrabile gaudiū et
illa gloriosa copula quā dei filius u
nigenitus ihesus xp̄us ec̄e sue idest
congregationi omniū iustoz quos
suo sanguine redemit vnietur in pa
tria. Vniuersa quippe ec̄a idest oīs
cōgregatio electoz sponsa est filij dī
quā ip̄e dei filius in cruce sibi despō
sauit. Vnde inclinato capite emisit
spiritū quasi amabile osculum porri
gens sponse sue. Hanc sponsam fi
mito hui⁹ mundi spacio ip̄e dei filius
vniuersaliter ac integraliter copula
bit. tunc etiā corpa electoz gloria et
honore mirabiliter restituet. Qua
le gaudiū et qualem leticiam tunc
habituri sunt electi cū xp̄o null⁹ mor
talium sufficienter poterit explana
re. De hys nuptijs dicit̄ apoca. xij.
Vox de throno exiuit et dixit michi.
Scribe beati qui ad cenā nuptiarū
agni uocati sunt. glosa. p̄fate scilicet
ut perueniant. Ad has ergo nupti
as rex idest deus pater inuitatos p
intrinsicam ammonitiōē uocat et
am p extrinsicam predicationē di
cens seruis suis idest predicatoribz
Dicite inuitatis ec̄e prandium meū
paratū tauri mei et altitia mea occi
sa et omnia sunt parata uenite ad
nuptias. Nota qz gaudiū supne
patrie in loco isto prandium appel
latur ppter ardentem appetitū quē
electi etiā habebunt in illo gaudio
superdulci. Ardentiorē siquidem

appetum homines consueuerunt ha-
bere in prandio q̄ in cena. **A**libi dō
gaudū illud cena vocat̄ p̄t̄ si nati-
tate et perpetuitate. **O**mnibus em̄
gaudys huius mundi transactis et
elapsis illud sequet̄ qd̄ semp p̄mae
bit. **Q**uare aut̄ venire debeam⁹ ad
nuptias subdit̄ ratio quia videlicet
turi et altaria sunt occisa et q̄ pata
sūt omnia. **P**er tauros intelligunt̄
sancti apostoli et martires qui iugū
dñi portauerūt et aratrū dñice cru-
cis traxerūt. **N**ti em̄ occisi sūt et viā
nob̄ ad nuptias xp̄i suo sangne ip̄a
canoerūt. **P**er altaria idest p̄ aues do-
m̄i alioq̄ sue nūctas sancte v̄gīes
figurant̄. que licet tenerū corpus ha-
berent tamē martiriū p̄ dño fortiter
passe fuerūt. **E**t hee nobis ad has
nuptias suo exemplo viam fecerūt.
Omnia etiā pata esse nobis sancti
confissores et vita bona et doctrina
recta sufficient̄ ostenderūt. **N**ū veni-
re iubemur ad nuptias. **S**i heu pauci
veniunt. **U**nde de tercio nota q̄ q̄
tuos gnā hoīm ab hys nuptijs exclu-
dunt. **P**rimi simpliciter venire nolue-
runt. **S**cdi et terciy venire neglexe-
runt q̄ alius abiit in villā suā ali⁹
in negotiācōnē suā. **Q**uarti em̄ non
venērūt sed tenuerūt seruos regis et
cōtumelys affectos occiderunt. **P**ri-
mi qui simpliciter venire noluerunt
figm̄s gentiles iudeos et hereti-
cos qui in errore p̄ fidie sue ita sunt
obstinati q̄ plane venire nolunt ad
regnū. **P**nt̄ etiā p̄ primos intelligi
aliqui qui ita inexorabilē odiūt ali-
os q̄ dicūt. si ego iacerē in extremis
et iam moriturus essem et scirem q̄

semp in inferno ardere deberem ego
nō remitterē ei qui michi tantā fecit
iniuriā. **T**ales itaq̄ cathenati sunt
rancore et odio q̄ p̄tius volunt ali-
enari a xp̄o et dāpnari cū dyabolo
q̄ eis ex corde remittere qui eos lese-
runt verbo vel cpe. **S**cdi etiā nō ve-
nerūt quia in villam suam abierūt
et p̄ istos intelligunt̄ supbi. **I**n vil-
lam em̄ ire est dominū et p̄cipatū
sup̄ alios querere. **S**upbi quippe
dummodo principari et dñari possint
in hoc seculo non curant de superno
gaudio. **T**ercy quoq̄ nō venerūt q̄
ad negotiācōnē iuerunt. **P**er istos
designant̄ auari. **A**uari deniq̄ p̄t̄
nimias occupācōnes circa negotia-
tiones seculi et p̄pter iniusta lucre-
trāstoriy boni negligunt et amittūt
possessionē eterm̄i boni. **Q**uarti etiā
non venerūt ymmo seruos regis te-
nuerunt et contumelys affectos oc-
ciderunt. **P**er istos aut̄ notant̄ lux-
uriosi qui seruos regis idest p̄dica-
tores verbi dei quantū in eis ē tenēt
Quantū em̄ possent vel audent im-
pediunt ne verbū dei p̄dicetur. **P**lu-
res etiā ex illis si possent et liceret
eis verbi dei ministros et cōtumelys
afficerent et occiderēt. **D**icit etiā apo-
stolus ad ro. p̄mo. q̄ luxuriosi p̄pri-
a corpora cōtumelys afficiunt. ait em̄
sic. **T**radidit illos deus idest tradi p̄-
misit in desideria cordis eoz in immū-
diciam ut cōtumelys afficiāt corpora
sua in semetip̄is. **D**e p̄na vero luxu-
riosoz dicit̄ in p̄nti euāgelio. q̄ vide-
licet rex iratus missis exercitibz su-
is p̄didit homicidas illos et ciuita-
tem illorū succēdit. **I**ta et de⁹ pater

